Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25973
Copyright: Admont, Benediktinerstift



174

res impetu scriptas; in abdito scrutandas et ex abdito eruendas
maiore studio fecit inquirere. Non tamen quia dixit septuaginta spe sese caritatem esse quasi
si dixisset non paruam partem questionis istius abstulisset; sed dixit deus caritas esse
ut incertum sit et idcirco requirendum utrum deus pater sit caritas an deus filius
an deus spes sese. an deus ipsa trinitas. Nec enim dicturi sumus propterea dum
dicitur esse trinitatem quia ipsa caritas sit ulla substantia quae dici dignaretur
noire. sed quia donum sit dei. sicut dictum domine quoniam tu es patientia mea. non
utique propterea dictum est quia dei substantia est nostra patientia. sed quia ab
ipso nobis est. sicut alibi legitur quoniam ab ipso est patientia mea. Hunc quippe
sensum facile refellit scripturarum ipsa locutio. Tale enim tu es patientia
mea. quale est domine spes mea. et deus meus misericordia mea et multa similia.
Non est autem dictum domine caritas mea aut tu es caritas mea aut deus cari
tas mea. sed ita dictum est deus caritas est. sicut dictum est deus spes est. Hoc quod non
discernit intellectum a domino non expositione egrata a nobis. Non enim
aliquid quod possumus dicere. Deus quia caritas est. Verum autem pater an filius an
spes sese an ipsa trinitas quia et ipsa non tres dii sed deus est unum. hoc quidem. Sed iam
in hoc libro supius disputauimus non sic accipienda esse trinitatem quod deus est
ex illis tribus quae in trinitate nisi multum ostendimus. ut tanquam memoria sit
omnium trium patris et intelligentia omnium trium filius et caritas omnium
trium spes sese. quasi pater nec intelligat se nec diligat sed filius intelligat
et spes ei sese diligat. ipse autem ei se et illi tantum meminit. et filius
nec meminit nec diligat se sed meminit ei pater et diligat ei
spes sese. ipse autem et se et illi tantum intelligat. neque spes sese nec
meminit nec intelligat se. sed meminit ei pater et intelligat ei filius
ipse autem et se et illi non diligat. sed sic potest ut omnia tria et omnes
et singuli habeant in sua quisque natura. nec distent in eis ista. sicut in
nobis aliud est memoria aliud intelligentia aliud dilectio sive
caritas.

Quia sit intelligendum deus caritas est et patientia mea domine spes mea domine ex adolescentia mea.

Quomodo quis de omnibus agit et distinguit.

Quia qui dicit deus est patientia mea. non tamen quia substantia dicunt deum esse omnes qui dicunt deum esse caritas et illud intelligere dicit concludit et non esse omnes.

Quia in eadem intelligentia et amor dicitur et memoria de singulis personis unumquemque eorum singulariter et omnia de singulis personis simul. et non distinguit realiter et quis.

Quia quidem ita intelligentia et memoria et amor distinguit realiter et una.